

lib. 6. Tertio aduerte, q̄ Ecclesia consecrata
 polluta, difficiliore modo reconciliabitur,
 videlicet per solum Episcopum loci proprii
 um, vel per alium, de eius licentia, vt docet
 Nauarr. cap. 27. nu. 251. Silu. & Armila. De-
 inde reconciliari debet, & aspergi Aqua be-
 nedicta ab aliquo Episcopo, que habeat cō-
 mixtionem, & vim cinerum. cap. Preposuisti
 de Consecra. Eccl. & cum verbis que expri-
 mantur in Pontificali, vel Manuali Roma-
 no. At Papa Ecclesie consecrate reconcilia-
 tionem simplici Sacerdoti committere po-
 test. Sed cum Aqua per Episcopum be-
 nedicta, prout concessit Leo Fratribus Mi-
 noribus. Hoc idem concessit Iulius. 2. Mi-
 nimis, pro vt habetur in Supplemento fol.
 8. concessione. 30. vide ibi. Hoc intellige, dū
 modo Episcopus intra duas dietas inuenia-
 tur, q̄ si distauerit vltra duas dietas, po-
 test Superior Monasterij sollempniter bene-
 dicere Ecclesiam propriam, Cemeteryum,
 & Oratoria, & reconciliare si polluta fue-
 rint Aqua benedicta ab alio, quam ab
 Episcopo. Quarto aduerte, q̄ dieta con-
 tinet vnginti milliaria, seu septem Leu-
 cas. Capitul. Nonnulli de Rescriptis,
 & nos